Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

transierim. succincte breuitatis amore.
pauca ex multis expediam. Inter diu ce
lebertima miraclorum frequentia. p fines
occidentis uirtutem sancti diuulgaueram. dum
ceci et claudi ceteri que alii uariis languo
ribus. ad sepulchrum uiri sancti pristine sani
tati restituerentur. tocius regni principes eccle
sie. cum rege ac principibus intuto consilio. cum
licentia romani pontificis. ne thesaurus
tam desiderabilis diutius in gremio terre
absconditus delituisset. uenerandi patris
ossa digno honore uenerari uolentes. ele
uare decreuerunt. Cumque timor et reue
rentia uenerabiles reliquias. ac tam sancta mem
bra tangere pene omnes terruerat. duo tam
multitudo celestis uide uiri de ipso presumen
tes et etiam quietem tactu eius de sancti span
tes sarcophagum uenerabile. cunctis ef
fodiunt. ac de tria tam sancta membra eleua
uerunt. Sed tunc ardens uapor de sancti os
sibus adora. oculos uultusque illorum uapora
uit. atque afflans in manum afflauit. ut unum
illorum etiam cecitate priuato lumine in eum
damnaret. atque membrorum dissolutione.
que paralysis dicitur in tantum eneruauit.
ut eodem loco aliorum manibus in domum suam de
ferretur. Post hec auro atque argento principi
bus collecto. scrinium aurea arte compactum. at
que auro de auratum imponentes. ac super altare
locantes. ibidem sancti patris ossa reclauserunt.
His ita factis. insignia ipsius sancti idem euan
gelia tintinnabula baculum que purissimo au
ro obreuerentiam sancti patris docta arte
exornauerunt. Eodem tempore contigit
quod quidam fures malitiosi insatiabili pe
cunie desiderio seducti. baculum eundem auro
obductum furarent. Quem baculum auro abs
tracto atque excorticato. lignum ipsum nudum
secretissime absconderunt. Sed ipse uir
sanctus de nocte ad sacristiam ecclesie sue. quasi
inhumana forma accedens. fures nomi
nauit. atque locum in quo baculus latitabat.
manifestis signis indidit. Eosdem et fu
res rem male merentes exterminauit. ages
etiam et cetera que que bona eorundem in pauperes us
ecclesie perpetuo iure delegauit. Eodem et ba
culo inuento atque in pristinum honorem
redacto. diu post multos annos a suis
gestoribus in cauta nauigio deferretur. in
uoragine aquarum idem baculus de manibus
eorundem in profundum et delapsus. Sed uir sanctus
cuidam religioso noctibus tribus apparens.
ministrando precepit. ut sine ulla dilatione
gestamen eius de profundo aquarum, leuaret. Quod
ita factum est. Item quadam alia uice quidam
nobilis genere sed moribus ceteris turpior.
furto semper atque rapinis studens. turoria
ciuitatis sancti patris Flannani die noctique
preibat. Cumque duceretur in causam et fur
tum arguereter. cur tam peclari sancti patris to
cienS offensam incurreret. ipse idem obstina
ta mente. ac duro corde impenitens infromi
respondit. Humquid ni sum ego nobilis genere.
armis potens. ac nominis similis sum sancto uiro.
Nec eidem ultrius cedo. Cum nocte quadam in
tempesta cum suis sequacibus flumen sinam
nis quod urbi allabitur dum transiret. atque sex
boues cuidam uiri innocentis retrograd ad
idem flumen minaret. bubus flumen trans
natantibus ipse cum quatuor latronibus per ni
ciosis cimba futilem instabilemque intrauit.
Sed tunc domino ac sancto Flannano ordinante. eorundem
possessor boum eos dem latrones uelociter equo
adripam fluminis cuestigio insequens.
iaculum cymbe cui latrones insederant di
rexit. Tunc formidine ictus intima par
tem nauicule plus equo iusto tam di iudi
cio. idem fures se inclinantes eadem hora omnis
quinque morte iaculi fugientes. ac profundo
aquarum absorti quasi uiui in infernum descen
derunt. hunc cunctis innotuit. quod inimi
cis dei ac sancti Flannani. que et quanta hic et
in futuro pena debetur.

Vita sancti Gaytani abbatis.

Dagnus nobis diui
na pietas largitur aug
mentum cum delictis nris
fieri precepit de remis
sione refugium. si
negligentibus ignoscam.
si indulgeam ledentib.
si odientib econtrario comodum benedictionis
impetram. dicente dno ihu xpo. diligite in
imicos uros. benefacite his qui oderunt
uos. et orate pcalumpniantib et psequen